



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, Tractatus  
Tres spirituales**

**Arias, Francisco**

**Coloniæ Agrippinæ, 1603**

Cap. 1. Quid sit mortificatio, & quis dicatur homo mortificatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59574](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59574)

MORTIFICATIONE 172

tui, siue secularis sit, siue religiosus  
maximum inde fructū colligere pos-  
sit.

PARS PRIMÆ.

IN QVA EXPONITVR FL-  
nis, quem Mortificationis studiosus  
propositum habere debet, & rationes ac  
utilitates, ob quas hoc studium eius  
que commendatum esse  
debeat.

CAPVT I.

Quid sit Mortificatio & quis dica-  
tur homo mortificatus.

**M**ORTIFICARE rem aliquā,  
est adimere ei suam vitam: unde  
de si intellexerimus quid in  
homine sit vita, nō latebit quid sit mor-  
tificatio. Habet homo duplicē vitā. V-  
nā naturalē, quatenus homo est, & a-  
nimā, quæ est principiū vitæ, habet cor-  
pori coniūctā: nā vt Aristoteles loqui-  
tur, *in viuētibus idē est esse, quod viuere.* Arist. 1. 2. de anima.  
Alteram verō moralē, quæ consistit in  
actionibus liberis hominis, siue inter-  
nis siue externis; quo sensu dicimus,  
eius.

S. Th. 2. 2. q. 17. a. 1. & 2.

eius, qui ex actione aliqua magnam capit voluptatem, verbi causa, ex venatione, vitam esse venari. Sicut ergo tollere homini vitam & esse naturale, est eum occidere, sic tollere ei vitam mortalem, easque actiones, ex quibus magnam capit voluptatem, est illum mortificare. ac proinde quando homo sponte sibi hanc voluptatem subtrahit, dicimus eum se mortificare: & similiter cum abstinet ab actionibus liberis natura & genere vitiosis, legique divinae contrarijs, dicitur mortificare hęc vel illa vitia, vel mori vitijs & delictis. *Col 3.* de S. Paulus *Mortificate*, inquit, *membra vestra, quę sunt super terram*, hoc est, quę pertinent ad vitam terrenam, *fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam.* Quęmadmodum enim omnia membra naturalia animę coniuncta faciunt corpus naturale, ita omnia peccata, secundum Apostolum, faciunt vnum corpus peccati, sic vt quodlibet peccatum sit vnum quasi membrum. Vult ergo vt singula gladio penitentię abscindamus, donec totum corpus peccati destruatür & moriatur, sicut loquitur ad Ro-

MORTIFICATIONE. 174

Romanos. Hoc scientis, inquit, quia  
vetus homo noster simul crucifixus est,  
ut destruat corpus peccati, & ultra  
non seruiamus peccato. Quorum ver-  
borum sensus est. CHRISTVM morte  
sua peccatum occidisse & sustulisse, vt  
per penitentiam eam nobis proficu-  
am & salutarem reddentes ab omni  
quoque peccato liberemur. Qua signi-  
ficatione mortificationis admodum fu-  
sa & larga si vtamur, cuique virtuti, qua  
aliquod vitium depellitur, attribuere po-  
terimus nomē claturā mortificationis.

CAETERVM: sunt alia actiones ho-  
minis liberę inclinationi naturali con-  
sentanea, nec tamen vitiosę, vt come-  
dere, bibere, dormire: dolores, contem-  
prum, vituperia in rebus, quę sub prę-  
ceptum non cadunt, fugere, recreatio-  
nibus item honestis & moderatis uti,  
& commoda quędam ac solatia corpo-  
ris, quę superuacanea verē nō sint, am-  
plecti: à quibus homo si spontē & vo-  
luntariē se absteat, hoc est, si aliquid  
de licito cibo, potu, somno, recreatio-  
ne, aliisque corporis commodis de-  
trahat, tum propriē secundum sacrę  
scripturę & S. Patrum doctrinam se  
dicitur.

dicitur mortificare. Quomodo se mortificavit B. Apostolus, cum scripsit. *Castigo corpus meum, & in servitium redigo*, castigabat enim abstinencia à cibo, & inflictione verberum, alijsque modis. De eadem mortificatione sic loquitur ad Galatas. *Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs*, id est, qui sunt membra viva Christi, sese affligunt, multa licita solatia & commoda carni adimendo, imò eam laboribus & pœnis subigendo, ynde fit vt & vitia omnesque eius cupiditates refrenent. Ad Corinthios quoq; *Semper*, inquit, *mortificationem IESV in corpore nostro circumferimus*. hoc est, ad imitandum Christum semper affligimus corpora nostra ieiunijs, laboribus, & pœnis voluntarijs, sponteq; ad illas nos offerimus, vt *Vita Iesu*, inquit Apostolus, *manifestetur in corporibus nostris*. Christus enim, postquam multa passus esset, in corpore glorioso resurrexit.

MERITO autē mortificationis & mortis moralis nomen obtinuit, actio quæ cupiditates carnis refrenamus, & propriam voluntatē alienæ subijcimus; nā sicut

2. Cor. 9.

Gal. 5.

2. Cor. 4.

MORTIFICATIONE. 176

sicut homo mortuus non mouetur, nisi  
motus ab alio: sic seruus Dei mortifica-  
tus non sua sed aliena maiori suorum &  
Dei voluntate mouetur. Et sicut cor-  
pus mortuum, siue contumelias, siue  
laudibus afficiatur, nullum indicium  
doloris vel gaudij præbet: sic homo  
Dei verè mortificatus, quamuis mul-  
tis iniurijs & plagis impetatur, sum-  
ma mansuetudine & patientia om-  
nia tolerat, non secus quàm si omni  
fensu destitutus esset, imò aliquan-  
do ex illis magnam animo capit vo-  
luptatem.

Hoc Mortificationis sanctæ exercitiū,  
quoniā ad ducendā vitā Christiano ho-  
mine dignā apprimè erat necessarium,  
idcirco efficaciter in diuinis litteris no-  
bis, licet sub diuersis vocabulis, est cō-  
mendatū. Id enim primò nobis cōmē-  
dat voce Ieiunij & si. n. ieiuniū qua-  
doque vsurpetur pro sola abstinentia à  
cibus, quæ vna est mortificationis por-  
tio, tamen aliàs cōprehendit omnem  
carnis castigationē, quæ fit abstinentia  
à cibus vel potu, cilicij, disciplinis, tole-  
rantia æstus & frigoris, duritia lecti, a-  
lijq; corporis asperitatib. Quo sēsu in  
persona

*1001. 2.*

persona Dei loel. *Conuertimini, inquit, ad me in toto corde vestro, in ieiunio, et in fletu, et in planctu.* Nomine enim ieiunij intellexit omnes externas penitentias, quas fideles facere solent ad satisfaciendum pro suis peccatis. Et eodem sensu Esdras ait, se prædicationem sua populo persuasisse, ut per ieiunia se affligerent coram Domino, quo tempore de Babylone liberati ad suam patriam possent. Quo tempore non solum ieiunia, sed etiam cilicij, humicationes, sacco vestitu, & cinerum aspersione affligebant. Ita exponit alicubi S. AUGUSTINVS: cum ait, *ieiunio vniuersa corporis castigationem significari, quæ elemosynis, oratione, et bonis operibus desiderij insinuatur.* Quam doctrinam secuti Theologi, omnia bona opera in tria genera, ieiunium, orationem & elemosynam, quibus Deo de peccatis satisfacere, reuocantur.

*1. Esdr. c. 8.*

*Hoc mortificationis exercitium quod proprium est sanctorum, qui vehementer abhorrent à peccatis, & aliud non laborant, quàm ut diuinæ voluntati in omnibus obsequantur.* Vnde. B. GR. GORLI

*Aug. l. de perf. instit. respon. 17.*

*augustinus: cum ait, ieiunio vniuersa corporis castigationem significari, quæ elemosynis, oratione, et bonis operibus desiderij insinuatur. Quam doctrinam secuti Theologi, omnia bona opera in tria genera, ieiunium, orationem & elemosynam, quibus Deo de peccatis satisfacere, reuocantur.*

*Hoc mortificationis exercitium quod proprium est sanctorum, qui vehementer abhorrent à peccatis, & aliud non laborant, quàm ut diuinæ voluntati in omnibus obsequantur.* Vnde. B. GR. GORLI

MORTIFICATIONE. 178

GORIVS agens de sancto quodam sa- *Greg. l. 4. dial. c. 11.*  
cerdote, qui ad tuendam castitatē om-  
nibus foeminis etiam pijs & religiosis  
aditum ad ædes suas negabat; *Habent*  
*quippe, inquit, sancti viri hoc proprium,*  
*vi, quo semper ab illicitis longè sint, à se*  
*plerumq; etiam licita abscindant.* De-  
clarat idem B. Augustinus egregiè his *Aug. l. de*  
verbis, *Peccata leuia, inquit, quanto fide ad Pe-*  
*in rebus licitis, & à Deo concessis fre-*  
*quenter hominibus surrepunt, & quan* 42.  
*to magis fortioribus cibus corpus imple-*  
*tur, & carnalibus cor hominis actibus*  
*affectibusq; implicatur, tanto frequen-*  
*tior culpa in hac mortalitate contrahi-*  
*tur. Propterea humiles serui Christi, qui*  
*cupiunt Domino suo sine impedimento*  
*absq; animi noxia cogitatione seruire,*  
*coniugia omninè non appetunt, & à car-*  
*nibus & vino abstinent, inquit, um cor-*  
*poris valetudo permittit, non quia pec-*  
*catum est aut coniugem habere, aut vi-*  
*num carnes sic percipere, sed quia mun-*  
*dioris viua instituta sectantur, & corpo-*  
*ra castigare volunt.*

Et quanquam omnium seruorum *Rich. in li-*  
Dei proprium sit hoc mortificationis *bris de Cõ-*  
genus, quo licita abscinduntur, ne la- *templat.*

1 psus



psus facilius sit ad illicita, tamen in illos  
 maximè conuenit qui orationi men-  
 tali vacant, & magno studio ad Christi-  
 anæ perfectionis culmè cõtendunt, quæ  
 admodum diuinus ille Richardus de S.  
 Victore benè notauit, dũ ait: *uoluntate  
 nostram nunquam perfectè deside-  
 rio honorum cœlestium inflammasse possit  
 nec intellectum nostrum rerum diuinarum  
 contemplatione plenè posse illustrari &  
 purgari, nisi diligentes simus in reprimen-  
 dis commodis et cupiditatibus corporum  
 & iam licitis & necessarijs.*

Nec latuit hæc virtus sapientissimos  
 quosq; gentiliũ, Socratem, Platonem, &  
 aliosq; quos tecutus M. Tullius Cicero  
 ita loquitur: *Tota Philosophorum uita  
 ut ait idem Plato, commentatio morum  
 est. nam quid aliud agimus, cum à cor-  
 ruptate, id est, à corpore, cum à re famu-  
 liari, quæ est famula & ministra corpo-  
 ris, cum à Republica, cum à negotio secura-  
 mus animũ, quid inquam, iam agimus,  
 nisi animũ ad seipsũ aduocamus? scilicet  
 se cogimus? Secum tere autẽ animũ à cor-  
 pore, ne quicquid aliud est, quã amori dis-  
 scere. Quare hoc cõmetemur, addit, mi-  
 hi crede, dissiugamusq; nos à corporibus  
 id est, cõsuecamus mori. Hoc & illi arti-*

Cic. lib. i.  
 Tusculã. q.

MORTIFICATIONE. 189

*mus in terris, erit illi celesti-vita simile  
Et cum illuc ex his vinculis emissi fere-  
mur, minus tardabitur cursus in ortu.  
Hucusq; Tullius. Vndeliquet, quā ra-  
tioni naturalicōforme sit mortificatio  
nis exercitiū, quātaq; sit Euāgelicæ ve-  
ritatis maiestas, cū maximū, ad q̄ Ph. lo-  
sophi ingenij sagacitate peruenerūt sit  
instar minimæ vmbrae, si cōparetur cū  
copiosissima luce, qua nos per Christū  
in hac materia illustrati sumus. Quare  
& ampliores gratias Deo opt. Max. der-  
bemus pro tāto beneficio, q̄ mysteriū  
hoc per fidei doctrinā tā perspicuē, tā-  
q̄ue infallibili certitudine didicim⁹.*

CAPVT II.

*De nominibus varijs, quibus mortifica-  
tio in diuinis litteris commendatur.*

**D**iuinæ scripturæ cōsuetudo est, vnā  
eā dēq; rē, si admodū salutaris sit &  
necessaria ad salutē, multis varijsq; ap-  
pellare nominib⁹: itaq; & mortificatio  
nis virtutē, quā cōstat esse vtilissimā &  
saluberrimā nō vno nomine expresse-  
rit. Nā vt omittā nomē ieiunij, de quo iā  
dictū est, vocat eā primò *Odiū suūpsus.* Ioan. 13.  
*Qui odit animā suā in hoc mūdo, inuitā  
eternā custodit eā. Vbi animā Christi*

L. 2.

VOCAL. 189